LEGALES RELIGIONIS, ET SECVLI ABVSVS.

AVTHORE

V·I.D·D.CAROLO DE SIMONE
SAYDIA VERGARA SALINAS
NEAPOLITANO,
S.C.M. Regio ad honorem Cappellano in Regali Cappella Neapolitana.

Opuſculum, omnibus qui piè volunt viuere, quam maximè neceſſarium.

BIBLIOTECA UNIVERSITAS SALAMAN

NEAPOLI, Apud Hieronymum Faſulo. 1686.

Superiorum permiſſu.

ILL.mo ET EXCELL.mo DÑO

D. DOMINICO DE CAPVA

PALENARVM COMITI, CAMPI-LACTARII MARCHIONI, CASPVLI, ET CONCANORVM

Meritiſſimo Principi.

DOCTOR *Gent. Galat.* 4. ait: *Inimicus factus ſum Vobis, veritatem dicens*. Hoc humillimum opuſculum, de Mundi corruptela, annuit aliquid; quia tamen ſuper Veritatem innititur, odiorum Seminarium erit *Gen.* 37. Quod ſanè diù animo ferens, hucvſque ſedit in tenebris. Sub vmbra alarum E. T., cui magis amica Veritas, quam Socrates, quam Plato, ad lumen properat, confiſus, quod tuæ Authorita-

tis

In Nomine Domini Amen.

LEGALES RELIGIONIS, ET SECVLI ABVSVS.

AVTHORE

V. I. D. D. CAROLO DE SIMONE SAYDIA VERGARA SALINAS NEAP.

S.C.M. Regio ad honorem Cappellano in Regali Cappella Neapolitana.

Opuſculum, omnibus qui piè volunt viuere, quam maximè neceſſarium.

PROOEMIVM.

PRIVSQVAM, decretum detur ad euellendas è Religionis hortu ſpinas exhortas: Recreationis ſtudio; infructuoſum, non exiſtimo, ingredi eundem; Ibique ad colligendum flores, cum fructibus: *Cant.* 5.
1 *Veniat Dilectus in hortum ſuum*. Hortus inquam, appellatur Religio, quæ Muris regularis obſeruantiæ, firmiter, vndique, circumcluſa intra ſe; ſola contenta Deo, adornatur abundè nouellis plantationibus filiorum: *Clem.* 1.
2 *de verb. ſign.* Vltroque, Religioſi ipſi, habent hortos ad recollectionem, vel ſui recreationem; Et interdum ad ſe ipſos poſt labores corporaliter deducendos; nec non ad habenda neceſſaria hortalitia pro ſe ipſis; ad *Text. in d. Clem.* 1. §. *licet*. *Amos* 9. *Plantabunt Vineas, & bibent vinum earum, & facient hortos, & comedent fructus eorum*; Hocque ſana cum diſpoſitione ſta-
3 tutum: Nàm, recreatio corpori debetur, vt poſſit magis proficere in curis
4 incumbentibus; *Auth. Alearum vſu*, C. *de aleas.* ſic legitur de B. Ioanne Euangeliſta, qui ſolatiabatur cum externa aue, inde Poeta:

Interpone tuis interdũ gaudia Curis,
Vt poſſis animo quęuis ſufferre laborē.

gloſ. in proœm. digeſtor. §. *ne autem.* Planè
5 maior poſt otia virtus; Quinimò, qui nunquam oblectantur, nec ioco incumbunt; Ruſtici, duri, ac agreſtes appellantur, per *Ariſt.* 7. *Ethic. cap.* 7. *in fin. D. Thom.* 2. 2. *quæſt.* 168. *art.* 4. Moleſtos nominat: & *Senec. in Epiſt.* 15. *Neque te iubeo ſemper iminere libro.*
6 Eia egrediamur ęquo animo in hortum